

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies octavus et nonus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1865 [erschienen] 1866

Vita S. Savini Confessoris Ex Bibliotheca MSS. Labei tom. 2, pag. 666 et
seq. Auctore anonymo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72229](#)

AUCTORE
J. B.

retur discipulus, qua praevius trahebat magister
haud invititus. Sed, praeterquam quod *Actis hisce*
haud multum fidam, ita fortassis intelligenda
sunt hoc loco, ut S. Savinus dumtaxat S. Mar-
tinii discipulus fuerit sola virtutum ejus imitatio-
ne, non cohabitatione aut convictu: quibus de
causis seculo quidem quarto quinto, non tamen
certo; S. Savini etatem illigavi, cum nihil occur-
reret aliunde, unde illam uicinque figerem. Ni-
hil in hanc rem suppeditant Acta, nihil comes
Eutilius, aut Frominio abbas, aliunde ingnoti;
nihil monasterii S. Savini, cuius origo obscura
est, notitia; nihil denique scriptores, apud quos
de S. Savino aliquid reperi. Eudem difficultate
pressus Castellanus nullam etatem Savino ad-
*scripsit in *Martyrologio suo Universalis*, quod de*
facere alias solet. Reliquum igitur est, ut de
monasterio, cui nomen dedit, paucis agamus.

monaste-
rium nomini

9 Cum in *Levitana vallem* Savinus seces-
sit, a Frominio Julianum et Silvanum diaconos
in vita solitaria, ut Acta perhibent, socios ac-
cepit: porro vero non absimile est, his aliis at-
que alios subinde accessisse, aucto que sensim *Le-*
vitanae solitudinis numero, paucas initio cellulas

B temporis lapsu in monasterium, quod hodieque
exstat et Benedictinae familiae est, evasisse. *Galliæ*
Christianæ auctæ Scriptores tom. 1 col. 1247
de S. Savini monasterio ita scribunt: Hoc
monasterium a Saracenis destructum, postea re-
stauratur et dotatur a Carolo Magno, ut vult
V. C. Petrus de Marca, quod, inquit, constat
ex monasterii instrumentis. Mabillonius tamen
illud a Ludovico Pio restitutum docet. Postea
iterum a Normannis destructum, instauratur
a Raimundo, comite Bigorrensi, cuius ea de re
diploma ex monasteri tabulario primus edidit
*Petrus de Marca. Laudat hic quidem lib. 9 *Hi-**

storiz Benearnensis cap. 2 pag. 802 Chartas mona-

sterii S. Savini Levitani, sed monasterium illud

nec a Saracenis destructum, nec a Carolo Magno

instauratum; sed ab illo primo fundatum scribit.

Clades illo si a Saracenis (nec enim dicti sui te-

stem hic Mabillonius adducit) S. Savini mona-

sterio illata fuit, ad annum circiter 782, cum

Abdiramen cum Eudone, Aquitania duce et Ca-

rolo Martello in Gallia dimicavit, verosimiliter

referenda erit. Sed neque certum est, S. Savini

monasterium, quod Petrus de Marca ait, a Ca-

rolo Magno fuisse fundatum: nam illius cœ-

cnobii Chartæ quas p. 805 Petrus de Marca

exhibit, ita hanc in rem habent: Carolus Ma-

ajor Pipini filius.... collectis in unum cen-

bialibus, qui reddenter excelsa sublimia vota

Tonanti. Occurrentem his in verbis lacunam

voce condidit supplet Petrus de Marca, voce

instauravit aliave significationis ejusdem fortasse

supplendam.

ejus sacrum.

C 10 Quod autem ad S. Savini *Levitani* mona-
sterium a Ludovico Pio, ut Mabillonius ait,
instauratum spectat, memoratur quidem S. Sa-
vini monasterium inter ea monasteria, quæ Lu-
dovicus Pius instauravit, in ejus Vita apud *Ches-*

nium tom. 2 Scriptorum rerum Gallicarum pag.

*293: sed an hic S. Savini *Pictaviensis, an Le-**

vitani monasterium debet intelligi? Utrumque

hoc monasterium in Constituto Ludovici Pii anno

*817 apud *Chesnium* citatum pag. 324 locum*

*habet, *Pictaviense* quidem inter Aquitanie,*

Levitani autem inter Wasconiae monasteria: unde

*liquet Ludovici Pii etate S. Savini *Levitani* monasterium adhuc salvum perstisset. At Ludo-*

vico anno 840 e vivis erepto, in varias Galliæ

D provincias Normanni non raro impressionem fe-
cere, eaque tempestate S. Savini monasterium in
Levitania ab illis destrutum fuisse, vero est ad-
modum simile. Petrus de Marca lib. 3 *Historiae*
Benearnensis cap. 1, pag. 191 varia Vasconiae
oppida ex Nicolai Bertrandi de Gestis Tolosano-
rum libro enumerat, anno, ut scribit Petrus,
841 per Normannos destruxerat. Jacuit in ruinis
hoc S. Savini monasterium usque ad seculum x,
cujus anno 45 Raymundus, comes Bigorritanus,
restitutum a se variis possessionibus dilavat, datis
ea de re litteris, quas Petrus de Marca saepe
laudatus exhibet pag. 804 et seq. Ceterum ex
iisdem Raymundi litteris discimus, S. Savini re-
liquias una cum monasterio non perisse, sed a
seculo x fuisse illic conservatas. Ita enim in cita-
tis litteris de S. Savini in Levitania monasterio
Raymundus loquitur: Ubi sancti Savini corpus
jaceret sine dubio cognoscitur.

VITA

S. SAVINI CONFESSORIS

E

Ex Bibliotheca MSS. Labei tom. 2, pag.

666 et seq.

Auctore anonymo.

CAPUT UNICUM.

Sancti patria, gesta, et monasterium
eius nomini sacrum.

S. Savinus, ex
Hispania

B beati incitantur animi spei melioris et bo-
næ partis studia, cum Sanctorum descri-
bitur gloriæ vitæ norma tradita disciplinæ:
quia desiderantum dum curiosis animis ingerun-
tur exposita, nec vivaci memoriæ fraudantur
elapsa, sed proficiunt timentibus, testificante
pagina, cum tenentur inserta sui merita glorio-
sa. Igitur beatissimus Savinus, de Barcinone,
civitate Hispaniae regionis a, innotescit calculo,
quia in puerili aetate est primis elementis ele-
ganter imbutus. Relictus a patre parvulus b,
in ipso solo reclinabat totus genitricis aspectus:
qui adultus, ut parentes c in Gallia visitaret,
Christo disponente, de loco propria cognacio-
nis egressus, ac post Sabarte d aliquantulum
demoratus est. Deinde Pictavis e associatus
parentibus, scilicet Eutilio f, qui tunc comitivæ
publica administratione florebat g; cui gemellus
filius erat, quem optimus institutor h acceptum
discipulatus causa, redditus litteris informatum
disciplinæ gratia. Qua de causa a comite singu-
lariter habitus, questibus opulentus, præter sim-
plicem vestitum, vel minus equi vehiculum,
quidquid supervenientebat, liberali gratia pauperi-
bus erogabat, detimento reputans, nisi jam tunc
ibidem totum sine fraude dirigeret, ubi centu-
plicata commercia bonus dispensator multiplicata
pro fœnore recipieret.

2 Hinc, eo persuadente, prædicti comitis
filius regulam monasterii pene fugitivus expetiit.
Tunc mater-familias sanctum precatur Savinum,

in Galliam
prefectus,

nt

i ut filium suum de loco Tejaco *i* sancti Martini
k monasterio *k* revocaret concito articulo. Quod
l vir justus libenter amplexus, ad hoc præmissum
m sequitur, ut contubernali teneretur cœnobio *l*,
n ubi se tradens regulari *m*, subque * alterum
o perrexit adducere, se subduxit. Quo fere tribus
p annis fideliter conversatus, semper augmentando,
considerans B. Martini morem, secreta eremiti
petiti, ut sequeretur discipulus, qua prævius
n trahebat magister hand invitus *n*. Rursus hujus
propositi participato consilio, uno tantum ascito
socio, dum aereas Alpes nubibus vicinas ample-
ctitur, Vigoritanam civitatem *o* viator ingredi-
t. Quo in loco Fronimium abbatem paucis
cum monachis *p* reperit: qui ad hunc deside-
rii sui ora pretendens, ut eum ad loca remo-
tiora secum protraheret: sed, Deo disponente,
cum abate profectus est, et, quasi doctior ovis,
novo more in prædam ipsum trahit pastorem,
illum docens, sub quo agebat discipulus.

3 Itaque ad montana pariter properantes, in-
venerunt locum jam a Domino prædestinatum *q*,
sic vietu aridum, sic ascensu præruptum, quo
fluebat interdum liquor aquæ exiguus aliquatenus, nec ipsos recrebat exhaustus. Quia fervore
immani sic quoque certo tempore reddebat
desiccatus, ut fere mille passum spatio cum
utribus monte in adverso unda suis humeris
vehernetur, ut, cum vellent vapores restringere,
sub aquæ farcina plus sitirent, et inde ardor
per sudorem accenderet *, unde arida viscera
cuperent reparare. Denique Gaudentius et uxor
ejus ad beatum Sauinum pariter accesserunt, quorum filio lactis copia in partu deerat, ipsis
ei supplicantibus, sancto viro intercedente, postulata concessa sunt, et fluxit ex oratione san-
cti Confessoris, quod non manabat ex ubere matris.
Diræctus est Dei providentia Julianus dia-
conus, quem abbas Fronimus ei ministrum
instituit, in quo reclinaret aliquantulum post
laborem, cum longa infirmitatis infestatione ve-
xaretur, Silvano diacono post adjuncto *r*. Ta-
men erant pro parte nives candentes, que so-
latum præmissæ ad usum potionis, vel necessi-
tatis aqua per ignem generata proficeret. Et
tunc licet maxime plus sentiretur de frigore:
C tamen de civitate unde fiebat manus fatigantis
compensatur de labore, quo de quacumque venti
vigor incumberet, homo nec pede consisterebatur,
sed impulsus in terra naufragus oberraret. Ubi
hospitio condito, quidquid tecti aut instrumenti
casella posceret, collo suo fere de duobus milli-
bus subrepebant, donec opus perficerent tali pon-
dere desudantes.

sancta fine
claudit. 4 Quo profecto redeunte ad fratres Fronimio
abbate, communivit beatissimum Sauinus pro-
prium habitaculum in longo pedes septem, et
in altitudine quinque, quasi domesticum carce-
rem sibi suis manibus elevavit, et se arduo an-
tro fortis Eremita conclusit, ubi sine itinere re-
quies per noënam transiret. Sed requirente ab-
bate, cur sine consilio retrudisset, respondit: Ut
potes, fac quælibet, ego feci, quod expedit. Nec
minus insultans ei possessori Chromatius, in cu-
jus reicula facta fuerat cellula, mandat, ut hinc
recederet, si pati nollet injuriam. Sed vir san-
ctus suo contentus præposito, elegit ante po-
nam, quam relinquere cellulam. Quo tamen in
hoc loco per annos circiter tredecim sine pullo *,
sine omni peculio, die noctuque sacer Eremita
permansit, atque æternæ libertatis illum carec-

rem tenuit. De cuius abstinentia quid prius re- A. ANONYMO.
ferat pagina, cum jejuniis ipsam humanitatem
vincebat natura, una contentus tunica, vili gun-
nella s superjecta, sago pellum substrata, sine
calceamento nuda planta glacialem hiemem in
Alpe traducens. Sed admiranda constantia, cum
frigus saxa scinderet, et nuda viri caro perdu-
raret, et postponeret algorem de corpore, ma-
nens spiritus in fervore. Gravi mortis singultu
accidente, fortis Eremita, elevatis manibus ere-
ctus ad Dominum, cum preces effunderet, com-
pleta oratione, seculo lubrico triumphato, rupto
longi carceris vinculo, exhaleto spiritu, feliciter
migravit ad Dominum. Coecus quidam, cum uni-
versum cessasset refugium, sancto Viro jam de-
functo, antequam sepeliretur *t*, occurrit: qui mox,
ut beati Viri pacem dedit feretro, lumen recepit
ex osculo, et praestit viventi visum corpus tu-
mulo claudendum, ut daretur indicium, etsi mi-
gratum, non mortuum.

ANNOTATA.

a Error videtur aut interpolatio: nec enim S. E
Savinus Barcinone in Hispania natus videtur,
sed Barcinone seu Barcelona in Armaniacensi
Gallia comitatu ad Aturrum fluvium, qui e
Pyrenæo monte profluens, hinc vero per Biger-
rones, Auscos, Elusates, Datirosque means in
Oceanum Aquitanicum devolvitur prope Bajonam.
Vide dicta Commentarii num. 4.

b Patris nimirum obitu, non ejus ex Hispania, ut Petrus de Marca (vide num. 5 Comment.)
interpretatus est, ad Pictavos discessu.

c Id est, consanguineos, vel affines.

d Bartanam dynastiam intellige, de qua vide
num. 4 Comment.

e Galliæ civitas est ad Clanim fluvium, Picta-
viensis provinciae caput.

f Is S. Savini consanguineus vel affinis aliunde
mihi prorsus ignotus est.

g Beslyus in Historia Comitum Pictaviensium
et Aquitanæ ducum seriem Pictaviensium comi-
tum orditur ab Abbone, quem Pictavis comitem
præfecit Carolus Magnus, ut scribit auctor Vitæ
Ludovici Pii apud Chesnium tom. 2 Scriptorum
Historicæ Francorum pag. 288. Sed ante Abbo-
nen alias Pictavienses tum duces, tum comites
fuisse, e Gregorio Turonensi lib. 9 Historicæ
Francorum num. 7 apud Ruinartum colligo, ubi
Ennodii Pictaviensium anno Childeberti regis
duodecimo, Christi 587, ducis, et anonymi Picta-
viensium eodem tempore comitis, mentionem his
verbis facit: Ennodius cum ducatum urbium
Turonice atque Pictava administraret, adhuc et
Vici-Julienis atque Benarnæ urbium principa-
tum accipit: sed euntibus comitibus Turonice
atque Pictava urbis ad regem Childebertum, ob-
tinuerunt eum a se removeri. Quin et Aritiani,
Turonensium comitis, S. Martini etate memi-
nit Sulpicius Severus Dialogo 3 de ejusdem
virtutibus, adeo ut eadem circiter etate Picta-
viensibus præfectus forte comes aliquis fuerit,
Eutilius nomine, quod ob dicenda ad lit. n juve-
rit hic observare.

h Hinc collige, S. Savinum non fuisse e ge-
mellis Eutilii filii unum, quod Petrus de Marca
censuit.

i Intellige Locociacum (Gallice Ligugè) ad Gla-
num fluvium prope Pictavum.

k De eo monasterio Sulpicius Severus de Vita
S. Martini cap. 7 ita scribit: Cum jam Hila-
rius

A. ANONYMO.

rius (*Pictaviensis episcopus*) præterisset, ita eum est (*S. Martinus*) vestigiis prosecutus : cumque ab eo gratissime fuisse suspectus, haud longe sibi ab oppido (*Pictaviensi*) monasterium collocauit. Vide etiam *Gregorium Turonensem* num. 6 *Commentarii laudatum*.

1 Quamquam Savinus paulo ante *Eutilii conjugis*, filium suum e monasterio revocatum ejus ope cupientis, votum dicatur fuisse libenter amplexus, verba tamen hæc : Ad hoc premissum sequitur, ut etc. : videntur indicare, S. Savinum adiisse *Eutilii* filium, non tam ut illum e monasterio revocaret, quam ut sese illi socium jungeret.

2 *Supple* : discipline, vel quid simile.

3 Si obvio sensu accipienda sint hæc *Actorum verba*, discipulus et familiaris fuerit S. Savinus *S. Martino Turonensi*, qui sub annum 400 obiit. Ceterum quam amans solitudinis *Martinus* fuerit, non semel ipse ostendit, ut dum *Mediolano per Ausentium Arianum pulsus*, ad insulam (*Thyreni maris*) *Gallinariam* (*verbis Sulpicii Severi utor*) nomine secessit, comite quodam presbytero, magnarum virtutum B viro. Ubi aliquamdiu radicibus vixit herbarum : ut, dum *Locogiacense monasterium condidit*, et incoluit : denique dum jam *episcopus factus Turonensis*, ut iterum *Severus Sulpicius scribit*, cum inquietudinem (*cellam ejus ecclesie adhaerentem*) frequentantum ferre non posset,

duobus fere extra civitatem millibus monasterium (*Majus monasterium dicitur, Gallice Maraboutiers*) sibi statuit. Qui locus tam secretus et remotus erat, ut eremi solitudinem non desideraret. Ut adeo, quantum ad solitudinis amorem in *S. Martino Savinus*, quod imitaretur, procul dubio habuerit.

o *Aquitania episcopalis urbs est sub Ausciensi metropoli, Gallice Tarbe, in Bigerronibus ad Aturrum fluvium, de quo vide dicta ad lit. a.*

p *Nec abbas ille, nec, cui præserat, Tarbense monasterium aliunde notum est.*

q *Situm illius loci habeat num. 7 Comment.*; neque diversus videtur a loco sepulturae S. Savini, de quo vide dicenda ad lit. t.

r *His forte alii aliquæ se subinde adjunxerint; ac demum lapsu temporis, aucto illic solitariam vitam agentium numero, ortum fuerit monasterium, quod a S. Savino Levitano nomen habet, de quo vide dicta numm. 9 et 10 Comment.*

s *Videtur fuisse tunica brevior interiori tunica superjecta.*

t *Sepultus dicitur a Mabillonio loco, alias Emilianum palatium dicto : de quo Ruinartius in Addendis et Emendandis in Notis ad S. Gregorium Turonensem pag. 1397 : Fuit et palatum Emiliiani in Levitania, cui successit S. Savini monasterium prope Baregium. Alibi pleniores istius palatii notitiam frusta quæsivi.*

DE S. DOMNINO CONFESSORE

APUD TIFERNUM TIBERINUM

IN UMBRIA

J. B.

SYLLOGE

Sancti Cultus, fuga Perusiam, in patriam redditus et vita solitaria.

SUB INITIUM
SECVLI VII.
Sancti cul-
tus,

C *Tifernum aliud Tiberinum, aliud Metaurense olim dictum fuit, quod illud Tiberi, hoc Metauro fluminis adfacebat. Tiberinum ad Appennini radices situm fuit, Umbriæque adscriptum a Ptolemæo et Plinio : medio circiter seculo vi a Totila, Gothorum rege, eversum, ac dein instauratum, multato antiquo nomine, Civitas Castelli nuncupari est captum. Mutati nominis causam hanc tradidit Arnulfus, Aretilinus diaconus, seculi xi scriptor, in Vita S. Floridi, Tifernatis episcopi, quem die XIII Novembris Tifernates colunt : Deinde vero, inquit, ex ruinis everso dudum civitatis in modum castrorum parvum readificarunt oppidulum. Quod pro sui exigitate a nonnullis CASTELLUM est nominatum, quod nomen sibi usque hodie permanet. Tertio fere a civitate Tiferno milliari vicus est, quem Robiano incolas vocant, vilam hic solitariam aliquamdiu duxit terminaritque S. Dominus confessor, ac cultu sacro potissimum gaudet : isthic enim non modo sacræ ejus conservant honoranturque exuviae, sed suo etiam nomini dicatum habet templum, pie invisi jam dudum a frequenti fideli multitudine solitum : ritu duplice ad diem nonam Octobris colitur, qua Tifernatum diaecesis patet. Reli-*

quias ejus Alexander Filodorus, Tifernas episcopus, anno 1543 die XXVIII Octobris Robianum inspezit ac sub altari reclusit, ut reserit Angelus Conti ex confecta ea de re episcopi F charta. Nonnullas ex ejus reliquias PP. Dominicanis Tifernates, ut idem Contius scribit in Opero suo de Sanctis Tifernatis pag. 155, nescio, an a præfato Filidoro, familiæ S. Dominicæ alumno, accepérunt.

2 *Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiae ex ecclesiæ Tifernensis monumenti S. Dominino elegium adornavit hujusmodi : Domininus vir simplex post excessum S. Amantii presbyteri intra montes et sylvas Tifernatis territorii in loco, qui Robianum dicitur, vitam pomis agrestibus et herbarum radicibus diu ignotus solitariam duxit; donec a rusticis, qui in eum locum ad colligendas glandes venerunt, detectus est. Multis autem in dies ad eum visendum confluentibus, eos maximopere rogabat, ne se suamque solitudinem sua visitatione turbarent, se inde recessurum minatus. Cum vero plures ibi annos in ea vita austerritate, in orationibus, jejuniis, piis meditationibus egisset, vir Idus Octobris migravit ad Christum, ibidem sepultus. Ubi ecclesia*

gestaque ex

recentioribus,